



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,  
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

**Johannes <de Turrecremata>**

**Lyon, 18. Jan. 1509**

In festo s[an]cti thome cantuarien[sis].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

In festo sancti thome cantuariensis.

tionum sicut virginitas, cui de-  
betur aureola, et doctrina et hu-  
iusmodi, sed hec non supplet vi-  
ces baptismi, ergo nec martiriū  
vt videtur. ¶ In oppositū est qd  
dicit augustinus de beato cipria-  
no, qd si quid in eo purgādū erat  
passionis calice ablatū est, ergo  
baptismus sanguinis purgati-  
uer saliter et supplet locū bap-  
tismi aque. ¶ Respondeo dicendū  
qd baptismus sanguinis optū ad  
id quod est res tantum videlicet  
optum ad remissionem omnis cul-  
pe et pene, supplet locū siue vicē  
baptismi aque, quādo articulus  
necessitatis sacramētū excludit  
Pro cuius intelligentia notan-  
dum qd (vt habet. iij. sen. di. iij.  
q. iij. ar. iij. q. iij.) baptismus aque  
efficaciam hz a passione xpi in-  
optum eam sacramentaliter re-  
presentat. Baptismus autem san-  
guinis passiōi christi conforma-  
tur realiter non sacramentali re-  
presentatione, et ideo in his que  
sacramentalia sunt baptismus  
sanguinis nō supplet vicē bap-  
tismi aque, sicut est impressio cara-  
cteris et huiusmodi, sed in eo  
quod est res tantum supplet to-  
taliter vicē baptismi aque, quā-  
do articulus necessitatis sacra-  
mentū excludit. Sicut enim in  
baptismo aque liberatur homo  
ab omni culpa precedente pena,  
ita in baptismis sanguinis. ¶ Ad  
rationes in oppositū. ¶ Ad pri-  
mam respondetur, negando con-  
sequentiam. Et ratio est, quia bap-

ptismus, non hz tantū ex opere  
operate, s3 hz ex imitatione pas-  
sionis xpi. ¶ An de martyribus dicit  
apoc. v. Lauerūt stolas suas in  
sanguine agni, et ideo pueri quibus  
liberū arbitriū nō habeāt si occi-  
dunt pro xpo in suo sanguine ba-  
ptizati saluant. ¶ Ad secundam  
dicitur, negando psequentiā. Et rō  
est, qz hz illa pena in se pderata  
nō esset sufficiens ad liberandū  
ab omni pena peccati, tñ relata  
ad causam passionis accipit effi-  
caciam a passiōe xpi, cui aliqua  
per talē penā cōformatur et ex hoc  
ab oi pena absolui potest. ¶ Ad  
tertiā rīdet, negando psequentiā.  
Et ratio est, qz in supererogatio-  
nis seu pfectionis operib' nō est  
ita expressa conformitas ad pas-  
sionem christi sicut in bap-  
tismo sanguinis, nec etiā in bap-  
tismo penitentie, et ideo non oportet qd  
in eis omnis pena dimittatur.



In festo  
santi thome can-  
tuariensis. Post  
sunt disputari  
sequentes qstio-  
nes. ¶ Prima  
vtrū thomas  
archiepiscopus  
cantuariensis

ministraverit christo repetendo  
res ecclesie sue cum scandalo re-  
gis anglie. ¶ Secunda, vtrū sanctus tho-  
mas in hac administratiōe subeu-  
do mortis meruit a celestipatre  
corona martyris honorificari.



**P**rimam questionem sic proceditur. Et videtur quod thomas predictus non administraverit christo repetendo res ecclesie cum scandalo regis anglie. **P**rimo sic, non ministrat christo qui operatur contra euangelium christi. sicut matheus v. dicit ei qui vult tecum in iudicio contendere et tunicam tuam tolle. dimitte ei et pallium. sicut hoc non fecit thomas sed cum scandalo regis voluit res temporales ecclesie sue. ergo etc. **S**ecundo sic, thomas tenebat ex ordine caritatis magis diligere salutem spiritualem primam que impedit per scandalum. quod quecumque temporalia bona. sicut id quod minus diligendum est dimittendum est propter id quod magis est diligendum. ergo thomas non videtur christo administrasse nolendo dimittere bona temporalia ad vitandum scandalum. **T**ertio, in rebus temporalibus nihil est magis necessarium quam cibus. sicut cibus est preterminendus propter scandalum. sicut illud ad romanos xiiij. Noli cibo tuo perdere illum pro quo christus mortuus est. ergo multo magis temporalia sunt propter scandalum dimittenda. **I**n oppositum est fides ecclesie que eius diem mortis non celebraret nisi christo administrasset in hoc. **R**espondeo dicendum, quod huiusmodi questionis solutio

pendet ex illa questione. Quam facit sanctus thomas i. q. xliij. ar. viij. videlicet. **A**trum semper bona temporalia sunt dimittenda propter scandalum. Circa quam questionem sic est distinguendum, quod bona temporalia aut sunt nostra. aut sunt nobis ad preservationem aliorum commissa. Sicut bona ecclesie committuntur prelati et bona communia quibuscumque reipublice rectoribus. et talium preservatione sicut depositorum imminet hiis quibus sunt commissa ex necessitate. Et de talibus est conclusio, quod non sunt dimittenda propter scandalum. sicut nec alia que sunt de necessitate salutis. **T**emporalia vero quorum nos sumus dominum dimittere tribuendo ea si penes nos ea habemus vel non repetendo si apud alios sunt propter scandalum. est conclusio secunda, quod quandoque dimittere debemus quandoque non. si enim scandalum ex hoc oritur propter ignorantiam vel infirmitatem aliorum. sicut est scandalum pusillorum. tunc vel totaliter dimittenda sunt temporalia. vel aliter sed ad vitandum scandalum sicut per aliquam ammonitionem ostendendo. quod iniuste petis et ipse retinendo tua iniuste agit. Aliquod scandalum nascitur ex malicia quod est scandalum phariseorum. et propter eos qui sic scandala excitant non sunt temporalia dimittenda. quia hoc etiam nocet bono communi. daretur enim malis occasio rapiendi. et noceret ipsis rapientibus qui retinendo aliena in petro remaneret. **E**x quibus patet quod thomas catuarieñsis res ecclesie sibi commissas repetendo etiam cum scandalo regis bene fecit. et ita in eo administravit christo

### In festo sancti thome cantuariensis.

in repetendo etiam res suas cū scādalo exorto ex malicia regis anglie. rationibus supra assignatis bene fecit et xpo ad ministravit. ¶ Ad rationes in oppositū. ¶ Ad primā responderetur q̄ preceptum illud xpi s̄m Augustinū in libro de sermone dñi in monte. est intelligendum s̄m preparationem animi. vt scz homo sit paratus prius pati iniurias vel fraudem q̄ iudiciū subire si hoc expediat. quandoq; tñ non expedit. et sic qz nō expediebat nō seruabit illud thomas. ¶ Ad scđaz responderetur. negando psequentiā. Et ratio est. quia dimittendo res ecclesie sibi cōmissas in manibus raptorū hoc uergebat non in salutem proximorum s̄ in damnationem eorum qui aliena detinendo semper in peccato manebant. ¶ Ad tertiam responderetur. negando psequentiā. Et ratio est. qz non est de intentione apl'i amonere q̄ cib' totalit' p̄p̄ scādalu dimittat qz sumere cibū est de necessitate. s̄ talis cib' p̄pter scādalu dimittēd' est q̄ scādalizat fratrem illud. s̄. Coz. viij. Non māducabo carnē in eternū ne fratrem meū scandalizem.



**D** secūda questionē sic pcedit. Et videt q̄ subeundo mortē propter res ecclesie a patre ce-

lesti non meruit corona martiri honorificari. ¶ Primo sic (vt arguitur. ij. ij. q. cxxij. ar. v.) Sola fides est causa martiri. Dicit Augusti. Causa martiri est mori et pati p̄ xpo. s̄ iste sanct' nō est mortu' p̄ xpo. sed p̄ repetendo bona ecclesie ergo non meruit a patre celesti corona martiri honorificari. ¶ Secdo sic. Martyr dicit' quasi testis. testimoniū autē. non reddi' nisi veritati. nō autē dicit' quis martyr ex testimonio cui uisibet veritatis sed solum ex testimonio veritatis diuine. alioqn si q̄s moreret p̄ p̄fessionē veritatis geometricę vel alterius sciētie speculative esset martyr. qd̄ videtur ridiculū. sed iste sanct' nō est mortu' p̄ p̄fessionē veritatis diuine. vt p̄z ergo etc. ¶ Tertio sic. Int' alia virtutū opa videtur potiora q̄ ordinant' ad bonū cōmune. qz bonū gētis meli' est q̄ bonū hoīs. s̄. et b. si ergo aliqd̄ bonū esset causa martiri. martirio videtur q̄ illi martires essent q̄ p̄ defensionē reipublice mortu' tur. qd̄ eccle obfuaratio nō habet. nō em̄ militū q̄ in iusto bello moriunt' martyria celebrant'. ergo sola fides videtur esse martiri causa. ¶ In oppositū est euāgelii hoc de martyribus. qd̄ legit' in h̄mōi sancti festiuitate. qd̄ nō fieret nisi martyr fuisset. ¶ Rūdeo dicit' dū. q̄ ille sc̄tus subeundo libent' patiēter ex caritate mortē. p̄ defensionē iurū et rex ecclesie meruit a celesti p̄e corona martiri. s̄ p̄

In festo sancti siluestri. Fo. clxxv.

honorificari. Juxta vbum saluato  
ris in p'senti euāgelio. Qui mihi  
intrauerit honorificabit euz a  
ter me? q̄ in celis est. Un̄ cū ip̄o  
mortuo clerici Requiem eternā  
inciperēt. ⁊ p̄ eo missaz celebra  
re defunctor. subito vt aiūt aē  
loz chori assantes voces cāticū  
interrūpūt. martyris missaz inci  
piūt. Letabit iustus. ⁊ p̄sequēt  
cōcinit ⁊ ceteri clerici. p̄sequūt  
Ad ratiōes in oppositū. Ad  
primā rīdet negādo assumptuz  
vñ Mat. v. dz. Beati q̄ p̄secutio  
nez patiunt. p̄pter iusticiā. qd̄ p̄ti  
net ad martyriū. vt glo. ibi dicit.  
ad iusticiā aut̄ p̄tinet non solū fi  
des. s; etiā alie virtutes possunt  
esse causa martyrii. Un̄ beati io  
hānis baptiste martyriū i eccle  
sia celebrat q̄ nō p̄ neganda fide  
s; p̄ reprehensioē adulterij mor  
tē iustiniūt. Ad auctoritatē Au  
rīdetur q̄ q̄cūq; patit̄ p̄ quocū  
q; bono ope faciēdo vel p̄ quocū  
q; peccō vitādo p̄pter xp̄m est mo  
ri ⁊ pati p̄ xpo. Ad scd̄az rīde  
tur. negando minozē. Dicit̄ em̄  
Matth. xxij. reddite que sūt ce  
saris cesari. et que sunt dei deo  
bona aut̄ ecclesie dei sūt que isti  
archiepiscopo erant commissa.  
Unde mouēdo p̄ defensioē eoz  
est testimoniū ferre veritati diui  
ne. Preterea nō est simile de ve  
ritatibus aliaz scientiaz. qz cū  
ille nō p̄tinet ad cultū diuinita  
tis. ideo eaz confessio nō potest  
esse directe martyrii causa. s; qz  
omne mēdaciū p̄ctm̄ est. vitatio

mēdaciū ⁊ tra quācūq; vitatē sic  
inceptum mendacius est peccatū  
diuine legi p̄trarium potest esse  
causa martyrii. Ad tertiā rī  
det. negādo p̄sequētā. Et ratio  
est. qz bonū reipublice est p̄eci  
pium bonū inter bona humana.  
sed bonū diuinū qd̄ est. p̄pria cau  
sa martyrii est potius q̄ humanū.  
qz tñ bonum humanū potest effi  
ci diuinū si referatur in deū etiā  
potest esse qd̄cūq; bonū humanū  
martyrii causa s; qd̄ i deū referat̄.



**S** festo  
beati Silue  
stri. est euangeliū. Homo  
q̄dam p̄gre  
ꝛc. mat. xxv.

Circa qd̄ pos  
sunt disputari sequētes questio  
nes. Prima. vtrū beatus Silue  
ster q̄nq; talenta sibi a deo data  
ita lucris multiplicauit vt meruit  
intrare i gaudiū beatitudinis eter  
ne. Secūda. vtrū de negligē  
tia multiplicādi talēta sibi data  
a deo merito veniat q̄s 'dānād'.



**D** primaz  
questionē. sic  
p̄cedit. Et vi  
detur q̄ non.  
Quia talenta  
ab aliquo ac  
cōmodata lu  
cris multipli  
cata reddere

videtur ad vsuram penitere. sed  
vsura cum sit peccatum mortu